



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 21. Hermannus Bambergensis depositus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. communicationis fulmen minetur, sed
A.C. 1075. ipsi Regi adhuc parcat, sperans eum man-
 suetudine ad saniora reduci posse; nam
 Henricus se Pontifici submississimum pro-
 fitebatur, atque etiam in Regno suo Si-
 moniam extirpare, & incontinentes Cle-
 ricos ad servandam castitatem sincere
 velle compellere, pollicebatur. Hæc

Lib. 3. ep. 3. ex non nullis epistolis videmus, in qui-
5. 7. 10. bus Papa Henrici bonam voluntatem di-
 laudat; & ea quidem mente persevera-
 re visus est, quamdiu rebellium sibi Saxo-
 num seditionem pertimuit, verum iis de-
 victis omnium, quæ Summo Pontifici
 promiserat, oblitus est.

§. XXI.

Hermannus Bambergensis depositus.

Lamb. ann. **A**t Hermannus Episcopi Bambergensis
1075. ep. 213. causa ab ovo mihi repetenda est. Is
 Ecclesia in honorem S. Jacobi suis Im-
 pensis extructa, illuc viginti quinque Ca-
 nonicos, quos vita castigata commenda-
 bat, congregavit, & reditus, unde vive-
 rent, abunde suppeditavit. Postea ve-
 ro ejectis Canonicis, nullam habens con-
 querendi causam, hanc Ecclesiam Mona-
 chis dedit. Usque adeo enim propenso
 in monachos erat animo, ut si potuisset
 eos in tota sua Diocesi pulsos Clericis
 subrogasset. Ergo Canonici de Sede sua
 deturbati Canonicis Cathedralibus se
 jun-

jungunt, & Episcopo suggerunt, Diœcesi ^{Sæculum XI.}
 ipsius Clericos magis necessarios esse A.C. 1075.
 quam Monachos, cumque nova Ecclesia
 triginta tantum passus a Cathedrali dista-
 ret, non oportere eam Monachis tradi,
 quorum Institutum solitudinem peteret.
 Sed postquam satis explorassent, Episco-
 pum a proposito dimoveri non posse,
 Romam profecti querelas ad Pontificem
 deferunt. Affirmabant, Episcopum suum
 hanc Dignitatem per Simoniam consecu-
 tum fuisse, & hujus criminis coram Ni-
 colao Papa accusatum, non alia via quam
 perjurio justam pœnam effugisse. Ho-
 minem esse Scientiæ Ecclesiasticæ omni-
 no rudem, atque antequam Episcopatum
 adipisceretur, toti Civitati Moguntinæ,
 in qua educatus fuerat, omnis generis
 vitiis immersum scandalum præbuisse.
 A juventute ad cumulandas pecunias &
 usuras capiendas exercitatus, turpem
 quæstum multo magis, postquam ad Epi-
 scopatum pervenisset, fecisse, Abbantias
 venundando, & alias suæ Diœcesis Ec-
 clesias. Ipsum servos Ecclesiæ Bamber-
 gensis antea opulentos ad extremam
 paupertatem redegisse. His causis ex-
 positis, Episcopum suum a Papa deponi
 petebant.

Gregorius Hermannum antea a se
 suspensum auditis Clericorum argumen-
 tis excommunicavit, quod accusatus &

Sæculum XI. per spatium duorum annorum sæpius Ro-
A.C. 1075. mam vocatus contumaciter venire re-

nuisset. Eidem præcepit, ut Ecclesiam
 S. Jacobi Canonicis, injuste pulsus, red-
 deret, Clericis autem Bambergensibus
 mandavit, ut a Communione sui Episco-
 pi discederent, nunquam enim futurum,
 ut a Sede Apostolica restitueretur. Papa
Bambergæ. cum nunciis Bambergensibus Legatos
 misit, qui mandata sua exequerentur.
 Quibus Bambergam pervenientibus, il-
 lico Clerici ad Episcopum mittunt, qui
 eum e domo Episcopali sine cunctatione
 excedere juberent, simulque ex Clericis
 aliquis juvenis, oblato ei ex quodam
 Psalmo uno versiculo ajebat: *Si mihi
 hunc versiculum non secundum sensum al-
 legoricum vel Mysticum, sed tantum lite-
 ralem explicaveris, innocentem te & Epi-
 scopatu dignum pronuntiabo.* Episcopo
 obstupescente, & ex Clericis suis mina-
 citer interrogante, unde ipsis tanta & in
 hunc usque diem a se nunquam notata
 audacia in Episcopum suum accresceret?
 Legati Pontificis in ejus conspectum se
 inferunt, & exhibitis epistolis viva etiam
 voce Suspensionis & Excommunicationis
 sententiam denunciant.

Clericis urgentibus, ut abiret, & af-
 firmantibus nullum se in Ecclesia Offi-
 cium Divinum peracturos, priusquam
 ipse se inde abstulisset, consilii inops, mi-
 sit,

fit, qui rem indicarent Archiepiscopo Moguntino, amicorum suorum fidissimo, pluribus obsequiis sibi devincto, & tam quibus modis ad Episcopatum eluctatus fuisset, quam quibus moribus in eo vixisset, conscio. Archiepiscopus cum a Clericis Bambergensibus nihil impetrare potuisset, Romam ire statuit, Papæ animum deliniturus. Sed longe alio quam speraverat eventu, nam ipsemet tantum non ab Episcopatu depositus fuit, quod Episcopum Bambergensem Simoniacè ordinasset, & Sententiam Excommunicationis in eundem Episcopum latam promulgare, aliumque in ejus locum ordinare jussus est.

Tunc vero Hermannus, intelligens, nullam sibi spem, quam in Papæ clementia superesse, Romam profectus est, eo deducens aliquot viros multa pecunia conductos, qui pro se causam dicerent. At is non erat Gregorius VII. qui vel sermonis elegantia vel donorum magnitudine expugnari posset, nihilque aliud obtinuit Hermannus, quam ut ab excommunicatione absolveretur, eo pacto, ut reliquos vitæ dies in monasterio transigeret. In Germaniam reversus hæc Pontificis mandata Vasallis suis exhibuit, quos ante multis largitionibus sibi obnoxios reddiderat. Illi palam profiteri, se ultima potius esse passuros, quam com-

Res
Germanie.

Sæculum XI. missuros, ut tantum probum nobilitati
A.C. 1075. mæ Ecclesiæ Bambergensi inferretur. In
 Hermannus Bambergam rediit, ibique
 mense uno aut Septimanis quinque,
 omnibus juribus Episcopi, excepto Altaris
 Ministerio, usus est. Ipsius Clerici ve-
 ro in tota urbe officium divinum publi-
 cum non peregerunt, nec etiam Rex aut
 ullus Episcopus cum ipso communica-
 vit. Hunc in modum Scriptor Historiæ
 Lambertus Hermanni causam postero-
 rum memoriæ tradidit.

Ceterum ex epistolis Gregorii Papæ
Lib. II. ep. 76. III. ep. 1. 2. & 3. dispicimus, Hermannum Concilio Roma-
 no hujus anni millesimi septuagesimi
 quinti non interfuisse, quamvis vocatus
 adesse debuisset. Sed in via substitit, &
 quosdam de suis præmisit, cum donis in-
 gentibus, quibus Papam & Episcopos
 corrumpere. Hac spe frustratus, cum
 sciret se fuisse damnatum, celeriter rediit,
 sociis viæ promittens se Episcopatu ab-
 dicaturum & vitam monasticam ample-
 xurum. Sed verbo non stetit, quin ali-
 quot Clericos suæ Ecclesiæ sibi adversan-
 tes Bonis suis spoliavit. Interim in Con-
 cilio depositus est, cumque Papa compe-
 risset, qua ratione Clericos suos decepis-
 set, datis ad Archiepiscopum Mogunti-
 num & Regem Henricum literis monuit,
 alium Episcopum Bambergensem Her-
 manno esse subrogandum. Quæ literæ
 vige.

vigesima Julii anno millesimo septuage- Sæculum XI.
simo quinto datæ sunt. A.C. 1075.

Itaque hinc Papa, indeque Clericis Lambert.
Bambergensibus Regi instantibus, ut Se- p. 228.
di huic Episcopum daret, interim Her-
mannus in terris Ecclesiæ a Vasallis suis
defensus commorabatur, nullo tamen
munere Episcopali fungi ausus; & quam-
vis fidem integram Regi semper servaf-
set, damnatum tamen deseruit, & quod
Papa jubebat, exequi statuit. Bamber-
gam ergo venit Henricus, & in Festo San-
cti Andreæ anno millesimo septuagesimo
quinto Goslariensem Præpositum, Ru-
pertum, Episcopum ordinari voluit. At
pessimæ famæ homo erat Rupertus iste,
Regi arcanorum omnium conscius, &
malorum, quibus Rex Rempublicam affe-
cerat auctor habitus. At Hermannus
abjecta omni spe ad Monasterium Swar-
zachense se recipiens, habitum ab Abba-
te Egberto S. vitæ viro sumpsit. Mox-
que Romam cum Abbate suo suscepto
itinere supplicum specie Pontifici obla-
tus & factorum suorum pœnitens officio
Presbyteri, non autem Episcopi, restitue-
tus est.

§. XXII.

Res Germanicæ.

Mense Octobri hujus anni millesimi se-
ptuagesimi quinti Sigefridus Ar-
chiepi-